[illegible]STIONIS DE HEXAMETRIS POETARUM GRAECORUM SPONDIACIS CAPITA DUO.

DISSERTATIO INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM

AUCTORITATE AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM

IN ACADEMIA ALBERTINA ORDINIS

AD SUMMOS

IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

DIE XXVIII. M. APRILIS A. MDCCCLXVI. HORA XII. L. C.

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

C. H. ARTHURIUS LUDWICH

LYCCENSIS.

ADVERSARIORUM PARTES AGENT:

O. PFUNDTNER, SEM. PHIL. SOD.
H. KIRSCHSTEIN, SEM. PHIL. SOD.

HALIS,

TYPIS ORPHANOTROPHEI.

[1866]

CAROLO LEHRS

LUDOVICO FRIEDLAENDER

OSCARIO SCHADE

PRAECEPTORIBUS DILECTISSIMIS

VIRIS OPTIME DE SE MERITIS

PIO GRATOQUE ANIMO

D. D. D.

AUCTOR.

DE

HEXAMETRIS POETARUM GRAECORUM SPONDIACIS.

Ex elementis constant omnia; et ex iudicii consuetudine in minutis adhibita pendet etiam in maximis vera et accurata scientia.

Clarkius.

Ex quo G. Hermannus in Orphicorum doctissimo opere prima epici versus historiae lineamenta illorum caussa duxit, *qui ovum non putant ovo similius esse, quam, si modo sex pedes habeat, hexametrum hexametro* (p. 686): alii vestigiis viri egregii insistentes in singulas amplae illius quaestionis partes accuratius et subtilius inquisiverunt, leges a restitutore artis metricae scriptas confirmarunt vel emendarunt, novas repprerunt: quo virorum doctorum labore satis difficili ac molesto quam et nitatur et opus habeat ars critica, nemo est quin sciat. Sed nondum ad finem perductam esse totam de versu heroico quaestionem, neque Spitznerum, Gerhardium, Wernickium, Müllerum, Lehrsium, Köchlyum, Bekkerum, alios non reliquisse, quae ut diligentius disquirantur digna sint, exemplo sit velim haec de hexametris poetarum Graecorum spondiacis quaestiuncula. De eadem re [1]) iam C. G. Müllerus in libro *de cyclo Graecorum epico et poetis cyclicis* (Lips. 1829) egit p. 139—148, sed ita ut denuo eam tractari videretur opus esse.

---

1) Cf. etiam Lehrs. *quaest. ep.* p. 309 sq. Köchly. in *prolegom.* ad Quint. Smyrn. p. XLVI sqq. et ad Manethon. p. XXIV. Hagemanni dissertationem *de versibus spondiacis ap. Hom.* (Friedl. 1861) nunquam vidi.

I.

Quaeritur, qui poetae et quam saepe usi sint versu spondiaco.

1. Poetarum Romanorum lectione fortasse factum est, ut nonnulli viri docti poetas Graecorum epicos spondiazontibus, quantum fieri potuerit, abstinuisse censerent, praesertim quum negari non possit, spondeo in quinto pede posito hexametri dactylici rhythmum valde mutari. Quin fuerunt, qui tales maculas, quae creduntur, vel contra codicum manuscriptorum auctoritatem ac consensum tollere studerent. In eorum numerum I. Bekkerus referendus, qui in editione sua carminum Homericorum a. 1858 emissa persaepe spondeum ex quinta sede expulit: ac primum diphthongis *ει* et *ευ* dissolutis in *Ἀζεΐδαο*, *Ἀτρεΐδαο*, *Ἀτρεΐδης δέ*, *Ἀτρεΐωνος -νι*, *Καδμεΐωνας*, *Καινεΐδαο*, *Νηλεΐδαο*, *Οἰνεΐδαο*, *Πανθοΐδαο*, *Πηλεΐωνος -νι -να*; *Ἀργεϊφόντης -τη -την*, *ἀνδρεϊφόντῃ*; *Ἐυβοίης Ἐύβοιαν*, *Ἐύμηλος*, *Ἐύνηος*, *Ἐυπείθει*, *Ἐυφήτης*, *Ἐύφορβον*; *ἐυεργέων ἐυεργής*, *ἐυλείμων*, *ἐυόρμου*, *ἐυπέπλῳ -λων*, *ἐυπηγής*, *ἐυπήκτου -τῳ -των*, *ἐύχαλκον*, *ὄφρ' ἐὺ εἰδῶ -δῇς*, *ὅν κ' ἐὺ εἰδῇς*, *ἐὺ εἰδώς*, *ὅν κ' ἐὺ εἴπω*, *ἐὺ εἴπῃ*, *ὄφρ' ἐὺ πᾶσαι*[1]); quibus addantur *Πατρόκλεες ἱππεῦ* pro *Πατρόκλεις*, *νηλείτιδές εἰσιν* pro *νηλι(η)τεῖς*; tum *ἕως* in *ὄφρ' ἂν* et *εἷος* mutato his locis: *ὄφρ' ἂν ἵκηται*, *εἷος ἵκοιο -οντο*, *εἷος ἐπῆλθον*; deinde scribendo *κεδνὰ Ϝιδυῖα -υῖαν*, *λυγρὰ Ϝιδυῖα*, *πάντα Ϝιδυῖα*, *Ϝέργα Ϝιδυῖα -υίῃ -υῖαν -υίας* pro *κέδν' εἰδυῖα* cet., *καλὰ Ϝικυῖα* pro *κάλ' εἰκυῖα*; denique in hemistichio *οὔ οἱ ἀεικὲς ἀνασσέμεν*

---

1) De *πάις εἴης* sim. v. infra III, 3.

Ἀργείοισιν *T* 124 voci *ἀνάσσειν* digamma restituit: *ἐν Ἀργείοισι Fανάσσειν.* Ceterum conferantur indices, quos cap. III. subieci.

2. Qua ratione Bekkerus in Iliade centum et viginti, in Odyssea quattuor et sexaginta spondiacos versus fecit dactylicos [2], et sunt qui viro clarissimo in hac re assentiantur. Quod equidem a me in omnibus quidem exemplis impetrare non possum, caussam autem eam, ut spondiacorum numerus minuatur, prorsus improbo. Ad caussam igitur quod attinet, hanc Bekkerus in praefatione Iliadis p. IV. edixit: *dactylus an spondeus eligatur paucioribus quam vulgo putant hexametri locis optionem esse intellexi.* His praecipue quintum pedem non esse adnumerandum quaestione cui titulus *Zahlenverhältnisse im Homerischen versbau* (nunc libro *Homer. blätter* inserta p. 138 sqq.) probasse sibi videtur, quod longe plurimi versus in hac sede dactylum habeant. Sane quum in unoquoque versu hoc agendum sit, ut praecipue in exitu genuinam suam naturam auditorum auribus vel lectorum menti imprimat, tum versum hexametrum dactylicum, qui uno spondeo (vel trochaeo) in ultimum versus pedem admisso optime iam finitur ac quasi sedatur, sede paenultima dactylicam suam naturam servare imprimis videatur necesse esse. Attamen continuis hexametris ad carmina maiora componenda usi poetae non erat quod timerent, ne, si hic illic versum spondiacum intermiscerent, in audientium vel legentium animis obliteraretur rhythmus dactylicus. Quare neque Homerum neque alium poetam epicum usque ad Nonni aetatem spondiazontes ita fugisse videmus, ut editorum esse putemus eos quam maxime tollere. Eo minus mihi haec Bekkeri de lectione *ἀνδρεϊφόντης* sententia probatur: *der grund zu dieser letzten auflösung dürfte sein dass, wenn für ἀνδροφόντης nicht ἀνδρηφόντης (wie ἐλαφηβόλος) sondern ἀνδρειφόντης beliebt wurde, dies nur geschah um vermittelst des aufgelösten diphthonges den spondeischen ausgang zu umgehn.* (*Hom.*

---

2) Minus accurate de his vir cl. ipse tradidit in libro *Homerische blätter* inscripto p. 148, 6.

bl. p. 148, 9). Etenim si omnino Homerus versum spondiacum tam anxie evitare voluit, ut ne talibus quidem artificiis abstineret, unde, quaeso, excusatio petenda mille trecentis septuaginta quattuor illis versibus, quos in Bekkeri quoque editione legimus spondiacos?

3. Sed quoniam semel in hanccaussam descendimus, quam brevissime iam de formis a Bekkero in Homerum inductis dicatur et num *analogiam* istam, quae sola *monstret viam ad textum sibi constantem ac convenientem, legibus temperatum certis et definitis, omni denique genere aequabilem* (praef. Il. p. III.), etiam in his secutus sit vir clarissimus quaeratur. De plerisque formis, quas supra attuli, quum viva tantum voce populi nitantur, perdifficilis est inquisitio: conferantur quae in hanc rem dicta sunt a Brunckio ad Apollon. Rhod. *α* 58; Wolf. in praefationibus Odysseae a. 1794 editae p. XI sqq. et Iliadis a. 1804 emissae p. LXV sq.; Hermann. ad Orph. Argon. 864 coll. praefationis p. XIV sqq. et ad Schäferi Gregor. Corinth. II. p. 879; Buttmann. in gramm. mai. ed. Lobeck. II. p. 437; Rumpf. in Fleckeisenii annalibus tom. LXXXI. p. 580 sqq.; Bekker. in *Hom. bl.* p. 308. 310. Ex his primum constat, Herodianum quidem (cf. eum ad Hom. *Δ* 228) patronymicorum diphthongos *ει* et *οι* non dissolvisse, tamen probandam videri hanc diaeresin apud poetas vetustiores, praesertim quum patronymicorum syllaba *ει* (*οι*) fere numquam in arsi legatur; tum voces cum adverbio *εὐ* compositas diaeresin modo admisisse modo respuisse: ita ut in his dissolvendis certe neque Bekkerum neque alium iustam diaeresis caussam attulisse contendam. Ergo in illis equidem editorem nostrum veteris grammatici auctoritatem iure neglexisse agnoscam, sed minime ob eam caussam, quam ipse attulit. De diaeresi vocabuli *εὐ* addamus perpauca. Quod ad analogiam attinet, num Homeri textum magis habemus aequabilem? Minime. Legimus etiamnunc *ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγχίσης*, — *Αἰνείας*, — *Αὐγείας*: num his vitiosiora sunt *ἄναξ ἀνδρῶν Εὔμηλος*, — *Εὐφήτης*? An Homerum *ἀλλ' οἰωνοί, οὐδ' ἡβαιόν, ἠδ' οἰωνοῖς, μέγαρα στρωφᾶσθαι* quidem dicere potuisse putemus, non potuisse *ἀλλ' Εὐπείθει, οὐδ' εὐλείμων, ἠδ' εὐπηγής*,

μεγάρῳ εὐπήκτῳ? Praeterea attendas velim vocem dissonam *ἐϋίππῳ*, quae, si Bekkeri legem sequeremur, in Homericum hymnum in Apoll. Pyth. 32 esset inferenda. — Quare Homerus non *Ἀργηφόντης*, *ἀνδρηφόντης*, sed *Ἀργειφόντης*, *ἀνδρειφόντης* dixerit, nescimus (cf. Lobeck. pathol. I. p. 473 sq.): tamen vocalis ista connexiva *ει* num in *εϊ* dissolvi possit vehementer dubito. Nec minus in vocabulo *νηλείτιδες* offendendum, quum nusquam reperiatur (v. infra III 3). Denique haec contra ponere iuvat: *ὄμματα καλὰ* Fικυῖα (pro *κάλ᾽ εἰκυῖα*) — *χρυσηλακάτῳ* Fεικυῖα, *περιξέστῃ* Fεικυῖα, et *ἔργ᾽ ἀνθρώπων* — *ἔργα* Fιδυῖα (pro *ἔργ᾽ εἰδυῖα*).

Ceterum iam hoc loco adnoto, his omnibus Bekkeri emendationibus versus non ornatiores evadere, quum satis multi adhuc supersint, qui, si recentiorum poetarum leges rhythmicas spectes, etiam magis habent offensionis.

4. Haud alienum fuerit, quia deinde huius rei usus erit, antequam hinc discedamus, omnes huc referre locos, quibus Bekkerus versuum spondiacorum numeros immutavit. Sunt autem hi. Spondeum dactylo anteposuit in prima sede *Ἄρει* scribens pro *Ἄρεϊ* *Β* 479. *δώσειν* pro *δωσέμεν* *Κ* 323. *ᾔδειν* pro *ᾔδεεν* *Σ* 404. *ἑστεῶτ᾽* pro *ἑσταότ᾽* *Δ* 90. 201. 366. *Λ* 198. *ἑστεῶτες* pro *ἑσταότες* *Θ* 565. *τίς γάρ κ᾽* pro *τίς γὰρ ἂν* *δ* 443; contra dactylum effecit scribendo *Ἀτρεΐδης* *Λ* 130. *γ* 277. *δ* 304. *Πηλεΐδῃ* *Υ* 322. *Εὔμηλος* *Β* 764. In secundo pede dactylum in spondeum convertit his locis: *κυδιόων πᾶσιν δὲ* pro *κ. ὅτι πᾶσι* *Β* 579. *πάλιν τρωπᾶσθαι* pro *παλιντροπάασθαι* *Π* 95. *ὁ ξεῖνος καὶ* pro *ὁ ξεῖνός τε καὶ* *σ* 38; contra spondeum in dactylum: *Ἀτρεΐδῃ* *Λ* 232. *Β* 242. *Ἀτρεΐδεω* *Π* 76. *Ἀμαρυγκεΐδης* *Β* 622. *Τυδεΐδης* *Θ* 167. *Πηλεΐδαο* *Ρ* 199. *Πανθόου* pro *Πάνθου* *Ρ* 59. *ἔτιε* pro *τῖεν* *Ζ* 173. *ἔλυσαν* pro *λῦσαν* *Θ* 543. Spondeum in tertiam sedem intulit *πολέμου* pro *πολέμοιο* scribens *Β* 686 et *τοῖον* Fεῖδον pro *τοιοῦτον ἴδον* *ζ* 160, contra dactylum his locis: *ἐνώδεϊ* *Γ* 382. *ἐνηγενέος* *Λ* 427. *ἐνναιομένῳ* *Π* 572. Denique in quarto pede nunc *μετεφώνει μνηστήρεσσιν* pro *μετεφώνεε* legitur *σ* 35 (cf. *προσεφώνεε κεδνὰ* Fιδυῖαν *ψ* 182. *μετεφώνεε* Fοῖς *ἑτάροισιν* *π* 354), sed *ἠτίμασεν* pro *ἠτίμησ᾽* *Α* 11. *πολεμιζέμεν* *Ε* 802. *διωκέμεν* *Κ* 359. *μιμνέμεν* *Σ* 255.

ῥαπτέμεν π 423 pro πολεμίζειν cet. ἐϜείσαο pro ἐείσω *I* 645. αὐτόθι pro αὐτοῦ *T* 403. denique ἐυποιητάων *Π* 636. εὖ ἐξείνισσα τ 194. ω 270. πάις *B* 819. *M* 98. *P* 491.

Praeterea novavit in tertia sede μεγαλήτορος pro μὲν ἀμύμονος *E* 247. καταδέρκεται pro ἐπιδ- λ 16. et in quarto pede: διίφιλος *I* 168. -ον *Δ* 419. -ε *Α* 74. -οι *Θ* 517 pro Διὶ φίλος cet. (*Hom. bl.* p. 96) ἐκνοστήσαντε *E* 157. -τι *P* 207. *X* 444. *Ω* 705. pro ἐκ νοστ-. ὕπο κινήσαντος pro ὑποκιν- *Δ* 423. μεγάλα κλύεν δ 505. οὐδὲ κλύον *K* 47. τοὶ δὲ κλύον γ 337. τὸν δὲ κτάνε α 36 pro μεγάλ' ἔκλυεν, οὐδ' ἔκλυον cet.; et versuum spondiacorum numerum auxit scribendo μητίσασθαι pro μητιάασθαι ι 262. — Reliquae emendationes in indicibus indicantur.

5. Adhuc in vestibulo quasi totius quaestionis versati sumus; sed age iam iis, quae supra de usu versuum spondiacorum apud poetas Graecos late diffuso diximus, lucem affundamus singulos hexametrorum scriptores diligenter pertractantes atque quam saepe qualibusque usi sint versibus spondiacis latius referentes. Quae disputatio quo melius habeat fundamentum, primum proponam conspectum et poetarum et versuum eorum spondiacorum.

	inter versus	spondiacos habet	ut spondiacus sit
Homeri Ilias ed. Wolf. a. 1804.[3]	15693	915	17^{138}
„ „ ed. Bekker. a. 1858.	„	795	19^{588}
„ Odyssea ed. Wolf. a. 1794.	12106	643	18^{532}
„ „ ed. Bekk. a. 1858.[4]	12110	579	20^{530}
			quisque versus.

Sed quum de hac re quam accuratissime agere mihi propositum sit, singulas rhapsodias spectemus, quod quidem praecipue eorum caussa erit necessarium, qui in singularum partium diversitatibus indagandis versantur.

---

3) Odysseae editionem eodem anno emissam non praesto mihi fuisse doleo.

4) Versibus λ 92. ο 295. σ 59. ω 122 haec editio ampliata est.

	inter versus	spondiacos habet ap. Wolf.	ap. Bekk.	ut spondiacus sit ap. Wolf.	ap. Bekk.
Α	611	30	26	20^{11}	23^{13}
Β	877	75	64	11^{52}	13^{45}
Γ	461	24	23	19^{5}	20^{1}
Δ	544	37	33	14^{26}	16^{16}
Ε	909	49	45	18^{27}	20^{9}
Ζ	529	28	22	18^{25}	24^{1}
Η	482	24	21	20^{2}	22^{20}
Θ	565	37	35	15^{10}	16^{5}
Ι	713	44	33	16^{9}	21^{20}
Κ	579	30	29	19^{9}	19^{28}
Λ	848	54	51	15^{38}	16^{32}
Μ	471	20	18	23^{11}	26^{3}
Ν	837	44	41	19^{1}	20^{17}
Ξ	522	25	22	20^{22}	23^{16}
Ο	746	37	33	20^{6}	22^{20}
Π	867	54	48	16^{3}	18^{3}
Ρ	761	47	40	16^{9}	19^{1}
Σ	617	40	36	15^{17}	17^{5}
Τ	424	24	20	17^{16}	21^{4}
Υ	503	40	35	12^{23}	14^{13}
Φ	611	29	25	21^{2}	24^{11}
Χ	515	22	20	23^{9}	25^{15}
Ψ	897	51	41	17^{30}	21^{36}
Ω	804	50	34	16^{4}	23^{22}
α	444	29	22	15^{9}	20^{4}
β	434	17	16	25^{9}	27^{2}
γ	497	26	24	19^{3}	20^{17}
δ	847	51	48	16^{31}	17^{31}
ε	493	32	26	15^{13}	18^{25}
ζ	331	13	13	25^{6}	25^{6}
η	347	19	15	18^{5}	23^{2}
ϑ	586	25	24	23^{11}	24^{10}
ι	566	27	28	20^{26}	20^{6}
κ	574	26	24	22^{2}	23^{22}
λ	639 (640)	54	49	11^{45}	13^{3}

quisque versus.

	inter versus	spondiacos habet ap. Wolf.	spondiacos habet ap. Bekk.	ut spondiacus sit ap. Wolf.	ut spondiacus sit ap. Bekk.
μ	453	28	27	16^{5}	16^{21}
ν	440	20	16	22	27^{8}
ξ	533	21	20	25^{8}	26^{13}
ο	556 (557)	18	16	30^{16}	34^{13}
π	481	27	24	17^{22}	20^{1}
ϱ	606	27	27	22^{12}	22^{12}
σ	427 (428)	19	19	22^{9}	22^{10}
τ	604	31	28	19^{15}	21^{16}
υ	394	27	26	14^{16}	15^{4}
φ	434	22	21	19^{16}	20^{14}
χ	501	26	24	19^{7}	20^{21}
ψ	372	21	18	17^{15}	20^{12}
ω	547 (548)	37	24	14^{29}	22^{20}

quisque versus.

His statim adiiciantur reliqua diversissimarum aetatum carmina Homero vulgo attributa.

Hymni Homerici (ed. Baumeister. Lips. 1860):

I. εἰς Ἀπόλλωνα Δήλιον	178	20	8^{18}
II. εἰς Ἀπόλλωνα Πύθιον	368	37	9^{35}
III. εἰς Ἑρμῆν	580	38	15^{10}
IV. εἰς Ἀφροδίτην	293	28	10^{13}
V. εἰς Δήμητραν	495	65	7^{40}
VI—XXXIV.	412	19	21^{13}
XVI epigrammata Homer. (ed. id. Lps. 1858)	106	5	21^{1}
Batrachomyomachia (ed. idem ib.)	303	12	25^{3}

Sequantur carmina Hesiodea (ed. C. Göttling. Goth. 1843):

theogonia	1022	67	15^{17}
scutum Herculis	480	44	10^{40}
opera et dies	828	56	14^{44}
fragmenta	—	16	—

Iniqua fortuna factum est, ut carmina versu heroico scripta usque ad tempora Alexandrina, quae dicuntur, integra nobis non sint servata. Itaque ad poetas Alexandrinos recentioresque nunc progredior, fragmenta poetarum, quorum carmina perierunt, infra tractaturus.

Theocriti[5]) idyll. III. IV. VI. VIII. IX. *XIX. *XX. *XXIII.[6]) XXXI. inter 399 versus spondiacis omnino carent, septem idyll. II. V. XII. XIV. XVIII. XXVI. *XXVII. singulos habent inter 589 versus, tria idyll. X. XI. *XXI. binos inter 206 vers.; praeterea

idyll.	VII.	157	3	52^{1}
„	I.	152	4	38
„	XIII.	75	4	18^{3}
„	XVII.	137	7	19^{4}
„	XVI.	109	8	13^{5}
„	XXII.	223	10	22^{3}
„	XV.	149	11	13^{6}
„	XXIV.	140	11	12^{8}
„	XXV.	281	27	10^{11}
omnia Theocriti idyllia[7]) . .		2603	98	26

Huic Bionem et Moschum addo, quamvis praecipue quae ad hunc referuntur[8]), tempore posteriora sint.

Bionis carm.	I. *ἐπιτάφιος Ἀδώνιδος* .	98	3	32^{2}
„ „	*II. *ἐπιθαλάμιος Ἀχιλλέως*	31	—	—
„	fragmenta	—	1	—
Moschi carm.	I. *Ἔρως δραπέτης* . .	29	—	—
„ „	II. *Εὐρώπη*	166	19	8^{14}
„ „	*III. *ἐπιτάφιος Βίωνος* .	133	—	—
„ „	*IV. *Μεγάρα*	125	18	6^{17}
Arati (ed. A. Köchly. Paris. 1862) duo carmina		1154	166	6^{158}
„	*Φαινόμενα*	732	97	7^{53}
„	*Διοσημεῖα*	422	69	6^{8}

5) Fritzschii editione (Lips. 1857) usus sum, sed ita ut ubique Meinekii et Ahrensii editiones consulerem.

6) Iis carminibus, quae ab editoribus subditicia habentur, asteriscum apposui.

7) De epigrammatis infra dicetur.

8) Hermannus Orph. p. 691 Moschi carmina post Nicandrum scripta esse putat. Meinekii editione (Berolin. 1856) usus sum.

Maximi qui fertur poëma *περὶ καταρχῶν* (ed. Köchly. Paris. 1862)[9]	610	70	8^{50}
Callimachi (ed. A. Meineke. Berolin. 1861.)			
hymnus I. in Iovem	96	14	6^{12}
„ II. in Apollinem . . .	114	6	19
„ III. in Dianam	268	29	9^{7}
„ IV. in Delum	326	9	36^{2}
„ V. in Cererem[10] . .	139	5	27^{4}
fragmenta[11]	—	12 (16)	—
Apollonii Rhodii Argonautica (ed. R. Merkel. Lips. 1854) . . .	5835	508	11^{247}
lib. *α*	1362	120	11^{42}
„ *β*	1285	116	11^{9}
„ *γ*	1407	103	13^{68}
„ *δ*	1781	169	10^{91}
Nicandri (ed. F. S. Lehrs. Paris. 1862)			
theriaca	958	20	47^{18}
alexipharmaca	630	20	31^{10}
georgicon libri II. fragm. II. .	72	8	9
reliqua fragmenta	—	9	—
Dionysii *οἰκουμένης περιήγησις* (ed. Fr. Passow. Lips. 1825.) . . .	1186	121	9^{97}
Inscriptiones Triopeiae (Herodis Attici quae supersunt ed. R. Fiorillo. Lips. 1801.)			
I. consecratio saepti	39	1	—
II. dedicatio simulacri Regillae .	59	2	29^{1}
Orphei (ed. G. Hermann. Lips. 1805) lithica	768	73	10^{38}

---

9) Editorem sagacissimum secutus sum, qui contra Hermannum Orph. p. 680 hoc carmen *ad recentiorum Alexandrinorum studia referendum esse* (proleg. p. LXII) recte mihi videtur contendisse approbante Fr. Dübnero (ib. p. LXXIII): *Maximum mihi nunquam persuadere potui esse Alexandrinorum quam dicimus aetate recentiorem.* In praef. ed. min. Köchlyus se Maximi poëma in collectione sua epicorum Arato adiuncturum dicit (p. VI).

10) De hymno VI. et epigrammatis v. infra §. 8.

11) A Bentleio collecta ed. Blomfield. Lond. 1815.

Addantur, quamvis tempore posteriora, carmina, quae eiusdem Orphei nomine feruntur:

Argonautica	1384	101	13^{71}
hymni	1119	33	33^{30}
fragmenta	—	26	—
Oppiani (ed. F. S. Lehrs. Paris. 1862)			
halieutica	3506	276	12^{194}
lib. α	797	60	13^{17}
„ β	688	52	13^{12}
„ γ	648	57	11^{21}
„ δ	693	50	13^{43}
„ ε	680	57	11^{53}
Pseud-Oppiani cynegetica	2144	239	8^{232}
lib. α	538	60	8^{58}
„ β	628	68	9^{16}
„ γ	525	69	7^{42}
„ δ :	453	42	10^{33}
Manethonianorum (ed. Köchly. Par. 1862)			
lib. β	502	34	14^{26}
„ γ	428	11	38^{10}
„ ϛ	754	25	30^{4}
quibus adiici liceat lib. δ	626	32	19^{18}
„ α	342 hex.	36	9^{18}
„ ε	340	5	68
Quinti Smyrnaei Posthomerica (ed. Köchly. Lips. 1850.)	8770	596	14^{426}
lib. α	830	63	13^{11}
„ β	666	25	26^{16}
„ γ	787	69	11^{28}
„ δ	595	43	13^{36}
„ ε	663	50	13^{13}
„ ϛ	651	52	12^{27}
„ ζ	734	50	14^{34}
„ η	504	35	14^{14}
„ ϑ	546	33	16^{18}
„ ι	488	35	13^{33}
„ ια	501	32	15^{21}
„ ιβ	585	32	18^{9}

lib. ιγ	562	34	16^{18}
„ ιδ	658	43	15^{13}
Dorothei carminis astrologici fragmenta (ed. Köchly. Paris. 1862)	92 hex.	7	13^{1}
Marcelli Sidetae ἰατρικὰ περὶ ἰχθύων (ed. F. S. Lehrs. Paris. 1862. et Fr. Dübner. ib.)	101	16	6^{1}
Anonymi carmen de viribus herbarum (ed. F. S. Lehrs. ib.)	215	14	15^{5}
Nonni Dionysiacorum libri XLVIII	21279	—	—
Musaei carmen de Herone et Leandro	341	—	—
Tryphiodori de Ilii excidio carmen (ed. Köchly. Turici 1850)	691	34	20^{11}
Coluthi raptus Helenae (ed. F. S. Lehrs. Paris. 1841)	392	17	23^{1}
Christodori ἔκφρασις ἀγαλμάτων	416	—	—
Ioannis Gazaei descriptio tabulae mundi	697	—	—
Pauli Silentiarii descriptio ambonis	275	—	—
Ioannis Tzetzae (ed. I. Bekker. Berol. 1816)			
Antehomerica	406	26	15^{16}
Homerica	490	31	15^{25}
Posthomerica	780	31	25^{5}

6. Ex his quae colligi possunt, haec sunt. Omnes, quorum integra servata sunt carmina, poetae usque ad Nonnum versum spondiacum non modo non evitarunt, sed etiam, maxime si cum Latinis compares, saepissime admiserunt, quod eo magis mirandum, quum plerique iam eorum poetarum scholae accensendi sint, qui *ubicunque liberam dactyli et spondei eligendi potestatem habent, semper dactylum praeoptant* (Meinek. ad Theocr. XXVII 63). Igitur inter auris oblectamenta, quae studiosissime hi poetae captabant, etiam hoc fuit, in quinti dactyli locum spondeum substituere. Aures eo mulcere volebant, non sententiae gravitatem augere (cf. Schürmanni iudicium infra cap. V. allatum.) Latinorum poetarum iam Tibullum et Persium (et Petronium) *istas facetias* prorsus contempsisse, ceteros, Catulli epithalamio excepto, multo rarius admisisse nunc ex A. Viertelii dissertatione *de versibus poetarum Latinorum spondiacis* Lips. 1863 edita (Fleckeiseni annalium

tomo LXXXV inserta) scimus: *Omnino*, inquit, *apud poetas Latinos, eos fere qui sunt in corpore Weberiano et praeterea Ennium, non multo plures sunt spondiaci quam ducenti viginti, plane ut numero differant a poetarum Graecorum versibus* (p. 4), quorum quinque milia fere a me sunt collecta. Graecorum Nonni demum curam circa minutissima quaeque versantem et versum spondiacum et omnino duos in uno commate coniunctos spondeos [12]) repudiasse notum est [13]): quem etiam in hac re sequi voluerunt Musaeus, Christodorus, Ioannes Gazaeus, Paulus Silentiarius [14]); contra Tryphiodorus et Coluthus et nonnulli epigrammatum scriptores Nonni partes relinquentes versum spondiacum admiserunt. In Tzetzae denique carminibus iam tanta legum prosodiacarum inscitia lectori ubique occurrit, ut sine ulla arte aut ratione versu spondiaco eum usum esse nemo miretur.

Homericum versuum spondiacorum numerum praecipue superaverunt auctores hymnorum in Cererem, in Apollinem, in Venerem, Hesiodus in scuto, Theocritus in carmine XXV, Aratus, Maximus, Callimachus in hymnis in Iovem et in Dianam, Moschus in Europa et Megara, Ni-

---

12) Argumenta singulis libris addita num eadem lege adstricta sint dubitari possit: *in his argumentis continuos spondeos non reformido.* Köchly. in commentario critico p. CI.

13) *Nicht nur die einschläfernde Ermüdung der Länge ist es, was bei Nonnus der anhaltenden Aufmerksamkeit entgegenwirkt, sondern jene Zerstreuung, ja der Schwindel und Taumel... des in steten Daktylen fortgerissenen Verses: diese doch wol ursprünglich absichtlich zur Nachahmung des Dionysischen Taumels nach einem falschen Kunstprincip eingeführte, aber mit Kunst und Ausdauer geübte Manier.* K. Lehrs. in Fleckeisenii annalibus tom. LXXXI p. 215.

14) Hanc Nonnicorum consuetudinem secutus est etiam auctor carminis *εἰς τὸ ἔαρ* inscripti et a Cramero in *Anecd. Paris.* IV p. 348 sqq. editi (quod Meinekius in *Analect. Alexandr.* praef. p. VII Theodoto a Suida laudato adscribit), apud quem inter centum et viginti versus non legitur spondiacus; nam versus

p. 348, 31 *οὔνομα τ' εὐφραδὲς, ὁλκάσι, λύχνοις, ὁδίταις ἀγοί*

p. 349, 9 *ἐξ ἀνέμων ῥισίν· εὖ μέγα καὶ λαλέουσι χάρμα*

correctione egere putes.

cander in georgicon longiore fragmento, Dionysius Periegetes, Orpheus in lithicis, auctor cynegeticorum, Manethonianorum scriptor libri I, Marcellus Sideta, qui omnes inter denos vel etiam inter pauciores versus dactylicos adhibuerunt singulos spondiazontes. In his Aratus notandus, quia omnium qui longiora carmina composuerunt saepissime spondiacis usus est[15]). Si fragmenta respicimus, memoratu dignum Eratosthenis ex carmine cui titulus erat Ἑρμῆς apud Achill. Tat. Arat. p. 153 d sq. servatum, quod inter quindecim versus septem spondiacos continet.

Contra perpauci spondiazontes leguntur in aliquot Theocriti idylliis (praesertim II. et V.), in Callimachi hymno in Delum, in Nicandri theriacis et alexipharmacis, in Manethonianorum libris III. VI. ac praecipue V., in Orphicis hymnis. Quin iam ante Nonnum fuisse videntur, qui spondiacis quam maxime abstinere studerent. Archestrati Gelensis supersunt LVII fragmenta, quae 316 versus continent: in his hunc unum spondiacum repperi XXXIII 1 (ed. Bussemaker.)

ἡνίκα δ' ἄν, δύνοντος ἐν οὐρανῷ Ὠρίωνος

quod nomen proprium iam apud Homerum Σ 486 in eodem versus loco legitur. Neque minus *ἐπιτάφιος Βίωνος* notatu dignus, qui Moschi nomine fertur, spondiacis omnino carens. Sed et in his et in Theocrito Nicandroque quamvis studium spondiazontes rarius adhibendi vel aliquotiens prorsus evitandi agnoscamus, tamen hos usque ad Nonnum nihil admodum effecisse intellegimus. Maiore opere et severioribus legibus opus erat, quibus posteriores poetae detinerentur atque ab Homero, quem in numeris quoque usque ad id tempus imitati erant, avocarentur. Magnum illud opus severasque illas leges Nonnum demum condidisse constat.

Ceterum tantam aequabilitatem nemo exposcet, ut singuli libri carminis eundem habeant versuum spondiacorum numerum: nam in talibus aliquo modo fors dominatur. Itaque ne mirum videatur, in Homeri Iliadis *B* undecimum, contra

---

15) In Ciceronis Arateis duo tantum spondiazontes insunt (237. 759 *Oriona*).

in *M* et *X* tertium et vicesimum quemque versum esse spondiacum (si Wolfii editionem sequimur), vel in Odysseae *λ* undecimum, contra in *ο* tricesimum quemque: aliorum quoque poetarum singulos libros enumeravi, qui eidem inaequabilitati obnoxii sunt [16]). Unum exemplum et docti poetae revoco: Quintus Smyrnaeus in libro III. undecimum, sed in libro II. vicesimum sextum quemque versum fecit spondiacum.

7. Restat ut de iis poetis referam, quorum fragmenta tantum exstant. Ne in iis quidem, quamvis pusilla plerumque sint, testimonia ad rem nostram facientia desiderantur. In epici cycli perpaucis reliquiis (centum et viginti fere vers.) novem legimus spondiazontes (quorum duos C. G. Müllerus dactylicos fecit: de quibus v. infra cap. III.) Eumeli Corinthii [17]) unus (? quattuor), Asii Samii [18]) duo, Panyasidis Halicarnassei [18]) unus, Antimachi Colophonii [18]) undecim spondiazontes restant. Inter fragmenta philosophorum a Mullachio collecta (Paris. 1860) versus spondiaci sunt Parmenidis Elei sex, Empedoclis Agrigentini undetriginta [19]), Timonis Phliasii decem, Cleanthis Assii, Lini, Porphyrii singuli; in aureo Pythagoreorum carmine tres leguntur. Praeterea ex Bergkii corpore poetarum lyricorum afferantur Phocylides, inter cuius 31 hexametros quattuor sunt spondiaci; sententiarum farrago satis novicia, cui titulus *Φωκυλίδου γνῶμαι*, inter 230 hexametros sex spondiacos continet. Poetarum epicorum, qui post Alexandrum Magnum vixerunt, Eratosthenis Cyrenensis (ed. Bernhardy.) novem supersunt spondiazontes, Euphorionis Chalcidensis [20]) unus et viginti, Rhiani Cretensis [20]

16) Neque huic rei nimis dandum quod longiores carminum Homericorum partes spondiacis omnino carent e. g. *Π* 303—408. *Λ* 273—372. *Σ* 53—163. *Ψ* 454—552. *μ* 259—347. *σ* 211—317. *τ* 53—172.

17) Edidit Marckscheffel.; de oraculo a schol. Eurip. Phoen. 641 servato v. infra.

18) Edidit Fr. Dübner. Paris. 1841.

19) Omnino 480 eius versus servantur, ut sextus decimus quisque spondiacus sit.

20) Edidit A. Meinekius in *Analect. Alexandr.*

duo, Nicaeneti Samii[21]) unus, carminis *Λέσβου κτίσις*[22]) duo, carminis *Βασσαρικά* inscripti[23]) tres, Philonis[23]) duo, Theodoti[23]) unus, Theopompi Colophonii[23]) unus, Phylarchi (?)[23]) unus, Parthenii Nicaeni[20]) duo, Pherenici Heracleensis[23]) duo, Demetrii[23]) unus. Inter fragmenta poematum rem naturalem vel medicinam spectantium, quae Bussemaker. Paris. 1862 edidit, leguntur, praeter unum Archestrati versum spondiacum, Numenii Heracleotae octo, Pancratis Arcadis unus, in ignoti auctoris theriaca sex. Denique qui solis hexametris scripserunt epigrammatum auctores in Anthologia servatorum hi nominandi sunt: Meleager duobus, Metrodorus quinque, Libanius uno, Gregorius Nazianzenus duobus, Theo uno. Claudianus uno, Cometas uno usus versu spondiaco; praeterea hi, quorum aetas incerta est, Choerilus (? Iasensis), Constantinus Rhodius, Leo Philosophus, Pythagoras quidam, Theophanes singulos adhibuerunt spondiacos, Marcellus tres.

Sed iam satis sit; apparet enim, omnes poetas Graecos, quorum tam largae supersunt reliquiae, ut in hac quaestione possint respici, usque ad Nonnum spondiaco carere noluisse.

8. Videamus nunc de distichis. Persuasum habeo, iam poetas, qui ante Callimachum versibus elegiacis carmina composuerunt, spondeum in quinto hexametri pede quam maxime defugisse, quamvis propter reliquiarum tenuitatem fere nihil certi constet. In Bergkii poetarum lyricorum corpore neque inter Archilochi viginti quattuor neque inter Callini duodecim neque inter Tyrtaei tria et septuaginta neque inter Mimnermi quadraginta fere disticha legitur versus spondiacus: etiam Simonidem Ceum eo omnino carere voluisse puto, quum inter ducenta fere eius disticha nullum spondiacum invenerim, hoc uno excepto:

πίσεα ποιήεντα παρὰ ῥόον Ἀργανθώνης

quem Bergkius inter epigrammata dubia (nr. 193) recepit,

---

21) In eodem libro p. 314, 2.
22) Ibid. p. 325, 6 et 20.
23) Düntzer *die Fragmente der ep. Poesie d. Griechen v. Alexander d. Gr. bis zum Ende des fünften Jahrh. n. Chr. Köln 1842.*

Schneidewinus fortasse recte Simmiae tribuit. Contra in distichis quoque usi sunt spondiazontibus Solon bis inter centum et sex, Cleobulina semel inter duo disticha, Theognis septiens inter sexcenta nonaginta quattuor, Ion bis inter viginti, Plato bis inter quinquaginta, Hermesianax quater inter undequinquaginta disticha, Mamercus semel (semel auctor Pepli carminis Aristoteli attributi). Praeterea Anytes Tegeensis unus, Leonidae Tarentini tres, Eueni duo, Asclepiadis et Dioscoridis singuli spondiazontes in Anthologia servantur. Etiam inter versus elegiacos, qui Theocriti nomine feruntur, semel legitur spondiacus: epigr. *IV 11. — Legibus suis severissimis et in hac et in aliis rebus videtur usus esse Callimachus, qui neque in hymno versibus elegiacis scripto in lavacrum Palladis neque in septuaginta epigrammatis admisit versum spondiacum. Quae res ita me movet, ut Plutarchum putem errasse in quaestion. convival. V 3 cap. 3 §. 3 haec scribentem: *Καλλίμαχον δὲ μᾶλλον διασαφοῦντα· λέγει δὲ ὁ Ἡρακλῆς αὐτῷ περὶ τοῦ σελίνου·*

— — — — — — —

ζήλῳ τῶν Νεμέηθε· πίτυν δ' ἀποτιμήσουσιν,
ἣ πρὶν ἀγωνιστὰς ἔστεφε τοὺς Ἐφύρῃ.

Fortasse Antimachi sunt versus, quem in elegiarum libris *Λύδῃ* inscriptis de herois et heroinis satis diffuse egisse doctrinamque ostentasse constat: accedit quod ex eodem carmine hic versus superest (fr. XLVI Dübn.)

ἔνθα Καβάρνους θῆκεν ἀγακλέας ὀργειῶνας

ita ut ne in distichis quidem versu spondiaco Antimachum abstinuisse certum sit [24]). Tamen fuerunt, qui etiam post Callimachum versu spondiaco in distichis usi sint, praecipue Anthologiae scriptores: Alcaeus Messenius et Antipater Sidonius semel, Meleager bis, Diodorus Zonas ter, Alpheus Mitylenensis semel, Crinagoras Mitylen. octiens, Antipater Thessalonicensis ter, Antipater quidam quinquiens, Apollonidas ter, Lollius Bassus bis, Philippus Thessalon. semel,

---

24) Quod Catullus in carmine LXVI. de coma Berenices spondiazontes non fugit, eo minime mea sententia probatur, etiam Callimachum, quem ille secutus est, eos adhibuisse; cf. cap. I 6 adn. 15.

Antiphilus Byzantius ter, Automedon bis, Leonidas Alexandrinus ter, Leonidas quidam quinquiensdeciens, Erycius Thessalon. bis, Strato bis, Metrodorus semel, Gregorius Nazianzenus septiens, Palladas ter, Eratosthenes quidam semel, Paulus Silentiarius semel (bis), Agathias Scholasticus ter (bis), Menander Protictor semel, Arethas Diaconus quater, alii incertae aetatis poetae haud rarius. Denique Andromachi senioris theriaca γαλήνη dicta (ed. Bussemaker.) commemoro, quae inter 87 disticha septem spondiazontes continent.

Poetarum Latinorum Catullus, Propertius, Ovidius, alii versu spondiaco in distichis carere noluerunt.

9. Viertelius l. l. p. 4 commemoravit, *poetas Latinos duos spondiacos sese excipientes non concessisse sibi, unum Catullum semel in epithalamio* [v. 78—80] *tres deinceps versus spondiace clausisse.* Etiam in hac re poetae Graeci a Latinis multum differunt. Binos enim spondiacos subsequentes admiserunt frequentissime: Homeri Ilias ed. Wolf. quater et quadragiens (ed. Bekker. quater et triciens): *Α* 202. *203.[25]) *Β* *103. 4. 686. 7. 807. 8. 818. 9. *Δ* *385. 6. *Ε* 637. 8. *Ζ* 232. 3. 382. *3. *Η* 14. 5. 18. 9. 86. 7. *Θ* 54. 5. 231. 2. 298. 9. *Ι* 426. 7. *Κ* 47. 8. *Λ* 548. 9. 725. 6. *Μ* 97. 8. *Ν* *54. 5. 70. 1. 454. 5. *Ξ* 141. 2. 313. 4. 360. 1. *Ο* 531. *2. *Π* 217. 8. 647. 8. 764. 5. *Ρ* 207. *8. 240. 1. 604. 5. *Σ* 276. 7. *Υ* *322. 3. *Φ* 206. 7. *Χ* 164. 5. 235. 6. *Ψ* 65. *6. 331. 2. 871. 2. *Ω* *395. *6. 459. 60. 774. 5. Homeri Odyssea ed. W. septiens et triciens (ed. B. ter et triciens): α *35. 6. 333. 4. 427. *8. γ 309. 10. 321. 2. δ 47. 8. 118. 9. 684. 5. 843. 4. ε 264. 5. ζ 124. 5. η 105. 6. 212. 3. 307. 8. ϑ 358. 9. κ 136. 7. λ 84. 5. 204. 5. 253. 4. 361. 2. 499. 500. ν 123. 4. 388. 9. π 62. 3. 415. 6. σ 209. 10. τ 383. 4. 545. 6. υ 27. 8. 76. 7. 138. 9. φ 64. 5. 380. 1. χ *418. 9. ψ 176. 7. ω 81. 2. *465. 6. hymnus Homer. in Apoll. Del. bis: 93. 4. 142. 3. in Apoll. Pyth. bis: 21. 2. 359. 60. in Mercur. ter: 22. 3. 220. 1. 321. 2. in Vener. qua-

25) Iis versibus asteriscum apposui, qui apud Bekkerum dactylice clauduntur.

ter: 116. 7. 121. 2. 261. 2. 266. 7. in Cerer. quater: 44. 5. 142. 3. 294. 5. 469. 70. in Vestam (XXIX) bis: 1. 2. 10. 11. Hesiodus in theog. noviens: 93. 4. 150. 1. 230. 1. 243. 4. 329. 30. 356. 7. 416. 7. 588. 9. 671. 2. in scut. semel: 262. 3. in oper. quater: 1. 2. 42. 3. 108. 9. 529. 30. Phoronidis frgm. bis: IV 4. 5. V 2. 3. Empedocles semel: 393. 4. Antimachus bis in Thebaide: fr. XIV. et XX. Eumeli (?) oraculum ap. schol. Eurip. Phoen. 641 semel: 11. 12. oraculum ab Herodoto I 66 servatum semel: 4. 5. Theocritus septiens: XV 82. 3. XVI 3. 4. 76. 7. XVII 26. 7. 60. 1. XXIV 75. 6. XXV 98. 9. Aratus septiensdeciens: 32. 3. 158. 9. 229. 30. 296. 7. 387. 8. 455. 6. 564. 5. 615. 6. 744. 5. 754. 5. 873. 4. 892. 3. 926. 7. 932. 3. 1000. 1. 1123. 4. 1133. 4. Maximus quinquiens: 100. 1. 114. 5. 190. 1. 256. 7. 444. 5. Callimachus septiens: h. in Iov. 34. 5. 46. 7. in Dian. 97. 8. 170. 1. 237. 8. 251. 2. in Del. 65. 6. Euphorio semel: fr. L. Apollonius Rhod. septiens et triciens: α 402. 3. 444. 5. 561. 2. 688. 9. 1115. 6. 1164. 5. 1183. 4. 1231. 2. 1316. 7. β 187. 8. 546. 7. 700. 1. 752. 3. 845. 6. 976. 7. 992. 3. 1164. 5. γ 133. 4. 528. 9. 538. 9. 839. 40. 1265. 6. 1269. 70. 1398. 9. δ 93. 4. 192. 3. 267. 8. 462. 3. 663. 4. 671. 2. 683. 4. 897. 8. 989. 90. 1226. 7. 1284. 5. 1310. 1. 1651. 2. Nicander semel in alexiph.: 555. 6. semel in georg.: fr. II 25. 6. Moschus ter in Europa: 15. 6. 37. 8. 123. 4. semel in Meg.: 74. 5. Dionysius Perieg. quaterdeciens: 99. 100. 196. 7. 214. 5. 235. 6. 292. 3. 424. 5. 450. 1. 490. 1. 551. 2. 614. 5. 701. 2. 737. 8. 1022. 3. 1104. 5. Orpheus in lith. quinquiens: 209. 10. 224. 5. 239. 40. 353. 4. 741. 2. Oppianus in halieut. sexiens et viciens: α 2. 3. 37. 8. 217. 8. 386. 7. 477. 8. 580. 1. β 600. 1. 614. 5. 638. 9. 656. 7. γ 78. 9. 118. 9. 542. 3. δ 159. 60. 258. 9. 466. 7. 490. 1. 585. 6. 612. 3. 676. 7. ε 122. 3. 146. 7. 324. 5. 332. 3. 399. 400. 426. 7. auctor cynegeticorum quater et viciens: α 60. 1. 265. 6. 327. 8. 347. 8. 358. 9. 386. 7. 449. 50. β 2. 3. 64. 5. 167. 8. 183. 4. 332. 3. 359. 60. 550. 1. γ 30. 1. 70. 1. 100. 1. 180. 1. 220. 1. 340. 1. 355. 6. 381. 2. δ 112. 3. 428. 9. Manetho ter in lib. β: 54. 5. 208. 9. 408. 9. bis in δ: 302. 3. 605. 6. quater in α: 95. 6.

181. 4.[26]) 189. 90. 227. 8. anonymus in carmine de herbis bis: 64. 5. 170. 1. Marcellus Sid. ter: 8. 9. 21. 2. 56. 7. Quintus Smyrnaeus septiens et triciens: α 183. 4. 349. 50. 543. 4. 656. 7. γ 192. 3. 281. 2. 390. 1. 438. 9. 459. 60. [734. 5.[27])] 741. 2. 786. 7. δ 210. 1. ε 97. 8. 471. 2. ϛ 76. 7. 120. 1. 199. 200. ζ 109. 10. 143. 4. η 25. 6. 48. 9. 487. 8. ϑ 5. 6. ι 58. 9. 63. 4. 97. 8. 450. 1. ια 314. 5. 332. 3. ιβ 233. 4. ιγ 67. 8. 482. 3. ιδ 3. 4. 49. 50. 241. 2. 353. 4. 499. 500. Orpheus in Argon. quinquiens: 154. 5. 340. 1. 434. 5. 1220. 2. 1248. 9. auctor theriacae ed. Bussem. semel: 35. 6. semel in hymno *εἰς Ἀπόλλωνα* Anth. Pal. IX 525, 19. 20. Tryphiodorus ter: 341. 2. 354. 5. 622. 3. Coluthus semel: 245. 6. Tzetzes sexiens: Ant. 86. 7. 193. 4. 240. 1. Hom. 189. 90. 430. 1. Post. 770. 1. — Apparet fere neminem poetarum Graecorum duos continuos spondiazontes evitare studuisse, si omnino talibus versibus usus sit: quod imprimis in Tryphiodoro et Colutho mirandum, qui alia multa non iam imitati sunt, ut infra docebitur.

10. Neque t r e s spondiazontes continuatos poetae Graeci anxie fugerunt: Homeri Ilias ed. W. habet bis (ed. B. semel): *B* 717. *8. 9. *Δ* 49—51. Theocritus bis: XIII 42—4. XXV 29—31. Aratus bis: 419—21. 953—5. Maximus semel: 393—5. Callimachus semel: h. Dian. 222—4. Euphorio semel: fr. XXVII. Apollonius Rhod. semel: δ 1191—3. Nicander semel: georg. fr. II 64—6. Dionysius Per. bis: 453—5. 908—10. Orpheus in lith. semel: 540—2. in fragm. semel: II 20—2. Oppianus in hal. semel: γ 371—3. ter auctor cyneg.: α 76—8. 201—3. γ 403—5. Quintus Smyrn. quater: γ 673—5. 694—6. δ 298—300. ε 131—3. — Denique afferantur, qui eo usque progressi sunt, ut q u a t t u o r deinceps versus spondiace clauderent: Homerus in Iliadis Wolfianae *B* 658—*661. Eratosthenes Cyren. fr. XV 11—14. auctor cyneg. α 50—53. — Fallitur igitur

---

26) Köchlyi emendatione iuxta ponuntur, contra versus 95 et 96 linea interposita dirimuntur.

27) γ 735 pro *ἀϑρόα ταρχύσασαι* Köchlyus aut *ἀϑρόα πάντα* aut *ἀϑρόα πάγχυ χέασαι* scribendum esse censet.

vir clarissimus Meinekius in *Analect. Alexandr.* p. 62 ad Euphorionis illud Mopsopiae fr. XXVII. adnotans: *Ceterum adverte tres deinceps hexametri exitus spondiacos. Nusquam id a vetustis, aliquoties ab Alexandrinis epicis factum est. V. Lehrsium Epic. quaest. p. 310. Alexandrinos sequutus est Catullus Carm. LXIV, 78 sq.* Lehrsius l. l. de Alexandrinis tantum refert. — Verbo moneam, disticha quoque subsequentia inveniri, quorum hexametri spondeum in quinto pede habent. Sic in Andromachi senioris theriacis v. 161. 3, apud Erycium in Anth. Pal. IX 558, 3. 5., in incerti auctoris epigr. ib. 788, 5. 7. et in append. 264, 1. 3., apud Stratonem ib. XII 225, apud Leonidam ib. VI 296 et IX 12, qui vel tria talia disticha adhibuit ib. VII 480 et 504.

II.

Quales sint priores quattuor versus spondiaci pedes quaeritur.

1. Quum in versu heroico dactylorum levitatem gravioribus spondeis substituendis minui ac cohiberi par et necesse sit atque, ut priore capite ostendi, fere omnium poetarum Graecorum consensu ne quinta quidem hexametri sedes hanc substitutionem spernat, tamen cavendum erat, ne nimis lente graviterque procederet versus. Itaque priores quattuor versus spondiaci pedes dactylis plerumque esse effectos non est mirum. Videamus de praecipuis poetis.

Spondiazontes	in primo pede dactylum	in primo pede spondeum	in secundo pede dactylum	in secundo pede spondeum	in tertio pede dactylum	in tertio pede spondeum	in quarto pede dactylum	in quarto pede spond. habent
Iliad. ed. Wolf.	550	365	564	351	787	128	711	204
„ „ Bekk.	474	321	489	306	681	114	622	173
Odyss. ed. W.	379	264	382	261	551	92	498	145
„ „ Bkk.	348	231	342	237	494	85	440	139
hymn. Homer.	131	76	134	73	160	47	161	46
Hesiodi . .	113	70	109	74	147	36	134	49
Empedoclis .	15	14	15	14	26	3	28	1
Theocriti . .	54	44	54	44	87	11	89	9
Arati . . .	104	62	98	68	141	25	156	10
Maximi . .	46	24	39	31	65	5	66	4
Callimachi .	45	18	35	28	53	10	63	—
Apollonii Rh.	341	167	288	220	424	84	505	3
Nicandri . .	32	25	40	17	53	4	57	—
Dionysii Per.	75	46	72	49	106	15	119	2

Spondiazontes	in primo pede dactylum	in primo pede spondeum	in secundo pede dactylum	in secundo pede spondeum	in tertio pede dactylum	in tertio pede spondeum	in quarto pede dactylum	spond. habent
Orph. lith. .	47	26	47	26	63	10	65	8
„ Argon.	69	32	60	41	91	10	90	11
„ hymn. .	21	12	22	11	26	7	25	8
Opp. halieut.	166	110	147	129	241	35	276	—
cynegeticorum	166	73	158	81	216	23	236	3
Manethonian.	76	67	87	56	118	25	141	2
Quinti Sm. .	438	155	488	105	574	19	583	10
Tryphiodori .	22	12	23	11	34	—	34	—
Coluthi . . .	15	2	9	8	15	2	17	—

2. Hinc denuo confirmatur, quod iam pridem alii viderunt, poetas Alexandrinae seriorisque aetatis multo maiorem affectasse numerorum volubilitatem quam vetustiores. Videmus enim, in spondiacorum quoque versuum prioribus quattuor pedibus Homerum Hesiodumque nequaquam spondeum anxie fugisse: contra in recentioribus poetis quanta est certe quarti pedis spondei abstinentia! quam raro in Quinti spondiazontibus pro dactylo substitutus est spondeus! Advertas praeterea Maximum, Callimachum, Apollonium, Oppianum utrumque, Orpheum Argonauticorum scriptorem, qui omnes libentius in secundam quam in primam versus sedem admiserunt spondeum: contra Nicander, Manetho, Quintus eum in primo pede videntur praeoptasse. Nec minus notatu dignum, apud Homerum Hesiodumque iis spondiacis, qui in tertio pede habent spondeum, eos frequentiores esse, quorum quartus pes spondeo efficitur, quales contra versus posteriores poetae paullatim magis magisque evitarunt, ita ut quidam inveniantur, Callimachus, Nicander, Oppianus in halieuticis, Tryphiodorus, Coluthus, qui ne unum quidem eiusmodi versum sibi indulserint. Igitur non tam invenuste, ut Meinekio videtur, Blomfieldius Callim. h. Iov. 47 edidit

Δικταῖαι μελίαι, σὲ δὲ κοίμησ᾽ Ἀδρήστεια

pro *κοίμισεν*, quam prorsus contra poetae doctissimi et severissimi legem metricam.

Sed operae pretium est videre, qualibus versuum spondiacorum formationibus poetae usi sint.

3. Versus ex meris spondeis componere nemo videtur ausus esse post Homerum [1]), qui hos habet:

*Λ 130 [2]) Ἀτρείδης· τὼ δ᾽ αὖτ᾽ ἐκ δίφρου γουναζέσθην
Ψ 221 ψυχὴν κικλήσκων Πατροκλῆος δειλοῖο
ο 334 σῖτον καὶ κρειῶν ἠδ᾽ οἶνον βεβρίθασιν
φ 15 τὼ δ᾽ ἐν Μεσσήνῃ ξυμβλήτην ἀλλήλοιϊν
χ 175 σειρὴν δὲ πλεκτὴν ἐξ αὐτοῦ πειρήναντε
192 σειρὴν δὲ πλ. ἐξ αὐ. πειρήναντες

Hom. h. Apoll. Del. 31 νῆσός τ᾽ Αἰγίνης ναυσικλειτή τ᾽ Εὔβοια. Ii quoque spondiazontes rari sunt, in quibus unus dactylus inest; nam inter quinque fere milia a me collecta ne centum triginta quidem tales versus leguntur, quorum quadraginta quinque Homeri Iliadis, viginti quinque Odysseae, novem hymnorum, undecim Hesiodi sunt. Omnino carere voluerunt talibus versibus auctor hymni in Cererem, Empedocles, Callimachus, Nicander, Oppianus halieuticorum scriptor, auctores Manethonianorum librorum IV. I. V., Quintus Smyrnaeus, auctor carminis de herbis, Tryphiodorus, Coluthus. In iis versibus adhibendis Homerus eadem lege, quam iam supra adnotavi, a posterioribus poetis differt: is enim (quem etiam in hac re secutus est Hesiodus), si unum dactylum admisit, plerumque in tertio pede eum habet, contra posteriores poetae in quarto: ita ut inter Homericos quidem versus spondiacos undequadraginta sint, in quibus unus dactylus tertium pedem efficit (*B* 388

ἱδρώσει μέν τευ τελαμὼν ἀμφὶ στήθεσσιν.

544. 813. 846. *E* 500. *Z* 233. *I* 500. 503. *Λ* 639. 680. 701. *N* 699. *O* 390. **Π* 636. *P* 740. *Σ* 588.

1) De primo qui fertur versu heroico

ἰὴ παιάν, ἰὴ παιών, ἰὴ παιάν

cf. Athen. XV p. 701 cap. 62. et Terentian. Maur. v. 1584 sqq. qui illum versum sic effinxit (v. 1592)

spondeis illum primo natum cernis sex,

ubi v. Santenii adnotamentum.

2) Asteriscum iis versibus appinxi, qui in novissima Bekkeri editione alium rhythmum habent.

*Τ 403. Υ 233. Ψ 707. 753. 831. β 233. δ 247. ε 11. ζ 259. ϑ 48. 100. ι 502. ϰ 72. λ 419. μ 79. 189. ο 313. ϱ 230. τ 215. *346. υ 248. quibus adiiciantur h. in Merc. 243. Ven. 192. Hes. th. 243. 349. sc. 178. op. 308. 382. 811.); at ceterorum poetarum hos tantum habeo quos afferam: Pythagor. carm. aur. 10. Theocr. id. X 58. XXV 98. Arat. 744. Dionys. Per. 725. Orph. lith. 209. Arethas in Anth. Pal. XV 34, 5. incertus poeta in Etym. MS. ap. Ruhnken. epist. crit. II. p. 192, v. 5. Denique Homeri versus repetierunt Automedon Ι 503 in Anth. Pal. XI 361, 3. et Orpheus Ε 500 in fragm. ined. XXXIII 2 Herm. (Lobeck. Agl. p. 423.) — Contra versus, qui unum dactylum in quarto pede habent, rarius ab Homero et Hesiodo, saepius a posterioribus poetis sunt adhibiti: Θ 472

ὀλλύντ᾽ Ἀϱγείων πουλὺν στϱατὸν αἰχμητάων.

Ι 557. Λ 728. Ξ 153. *Π 572. Σ 534. Ψ 852. Ω 49. 281. (quibus addas Β 479 in Bekkeri ed.) δ *607. 684. ζ 114. ι 55. ϰ 263. 495. ω 331. (et apud Bekk. ζ 160.) h. Apoll. Pyth. 36. 228. Ven. 121. hym. XVIII 1. Hes. th. 440. sc. 6. op. 442. 482. Phocylid. fr. V 2. oracul. ap. Herodot. VI 86, v. 2. Antimach. fr. LXII. Theocr. id. I 71. XXII 39. Arat. 387. 731. 1006. Maxim. 114. Euphorionis fr. LXXXVIII. Apoll. Rh. β 692. γ 241. 508. δ 850. Mosch. Eur. 24. Meg. 36. auctor cyneg. γ 31. Maneth. β 86. 171. γ 249. ς 411. Orph. Arg. 261. fragm. X 10 (σειϱὴν χϱυσείην ἐξ αἰϑέϱος ἀϱτήσαντα — vides Homeri imitatorem.) Doroth. 44. et in distichis Leonidas in Anth. Pal. VII 504, 9. — Paucissimi sunt versus, in quibus unus dactylus primum vel secundum efficit pedem. Prioris generis sunt apud Hom. *Α 11. *Β 718. Ι 137

νῆα ἅλις χϱυσοῦ ϰαὶ χαλϰοῦ νηησάσϑω.

279. Λ (130 ap. Bekk.) 739. Ξ 321. P. 670. Ψ 65. 105. ε 32. h. Merc. 578. Orph. frgm. XXVIII 2. Alterius generis sunt: *Μ 350. *363. Ν 428

ἥϱω᾽ Ἀλϰάϑοον — γαμβϱὸς δ᾽ ἦν Ἀγχίσαο.

Ξ 199. Ο 25. Σ 189. (et ap. Bekk. 404.) τ 546. h. Apoll. Pyth. 5. 41. Hes. sc. 138. Orph. hym. XIV 9. LVIII 3.

4. Multo frequentiores sunt versus spondiaci, in quibus duo dactyli insunt. Tales versus fere nemo poetarum, quos contuli, admittere dubitavit, sed plerumque ita ut quartus pes spondeo careat. Tamen etiam eius modi versus leguntur, qui in tertio simul et quarto pede spondeum habent[3]): Hom. *Α* 339

πρός τε θεῶν μακάρων πρός τε θνητῶν ἀνθρώπων.

Β 870. *Π* 647. *Ρ* 632. *Σ* 41. *255. *404. *Υ* 145. *η* 247. *ι* 521. *φ* 113. 124. 149. h. Merc. 144. 441. Ven. 35. 149. Cer. 11. 22. 45. 55. 73. Hes. op. 464. 716. frgm. LXXX 4. Phocylid. fr. III 3. Orph. Arg. 119. 228. hym. XLI 2. LXXXV 1. — Saepius eos versus fecerunt, quorum duo dactyli primum et tertium pedem efficiunt. Tales versus Homerus in Iliade quinquaginta octo, e. g.

βῆ δὲ κατ᾽ Οὐλύμποιο καρήνων ἀΐξασα

Β 167, in Odyssea triginta quattuor (Bekk. 49 et 29) admisit; praeterea h. Apoll. Del. 158. Apoll. Pyth. 84. 367. Ven. 281. Cer. 202. h. XIV 1. Batrachom. 166. Hes. th. 121. 150. 535. 671. 887. 982. sc. 115. 263. 327. op. 253. Empedocl. 28. Antimach. fr. XVI 2. Theocr. XXV 154. Arat. 506. 966. Cleanthes Ass. 11. Maxim. 271. Orph. lith. 60. 234. Arg. 154. hym. XXVI 1. auctor cyneg. *α* 35. *δ* 112. Quint. Sm. *α* 135. *ε* 472. *θ* 70. *ιβ* 304. *ιγ* 402. *ιδ* 241. incert. auct. ther. ed. Bussem. 36. 42. oracul. ap. Herodot. I 66 v. 1. epigr. in Anth. Pal. XIV 66, 3. Agathias Scholast. in Anth. Plan. 331. — Nec rarius spondiazontes ita sunt compositi, ut duo dactyli pedem secundum et tertium efficientes insint, e. g.

εἴ περ γάρ κ᾽ ἐθέλοιμεν Ἀχαιοί τε Τρῶές τε

Β 123: eius modi versus Homerus habet in Iliade triginta tres, in Odyssea triginta quinque (Bekk. 30 et 35), h. Apoll. Del. 171. Apoll. Pyth. 280. 363. Merc. 9. 369. 544. Cer. 204. 417. 421. 474. Hes. th. 151. 244. 315. 329. 356. 357. 943. sc. 26. 52. 69. 250. 403. op. 1. auctor Phoronidis in

---

3) Hi versus, si Homericos excipias, fere omnes exeunt in *θεῶν οὔτε* (*οὐδὲ*, *ἠδὲ*, *ἠὲ*, *ἢ καὶ*) *θνητῶν ἀνθρώπων* sim.

Et. M. p. 339. Asius fr. XI 5. Theocr. XV 48. 83. Arat. 447. 1030. Maxim. 152. 191. Numenius Heracl. fr. II. Apoll. Rh. α 1297. β 296. Dionys. Per. 571. Orph. lith. 362. Arg. 499. 519. 956. 1050. hym. VI 3. frgm. XXVIII 5. XXXV 3 (= fr. ined. XII 2). auctor cyneg. α 482. Maneth. ϛ 506. Quint. Sm. ιβ 314.

Hactenus enumeravi versus spondiacos, quorum ne quartus quidem pes spondeo caret: sed longe plurimi spondiaci, qui duos tantum dactylos continent, eos ita habent dispositos, ut quartus pes dactylus sit: et plerumque in eius modi versibus alter dactylus tertiam occupat sedem, e. g.

οὐ γὰρ πανσωλή γε μετέσσεται, οὐδ' ἠβαιόν

B 386. Tales versus in Homeri Iliade octoginta octo (Bkk. 78) leguntur, in Odyssea unus et sexaginta (Bkk. 54), in hymnis Homericis quindecim, in Batrachom. tres, in epigramm. Hom. unus, in Hesiodeis tredecim, in Phoronide unus, apud Empedoclem octo, in Antimachi fragm. tres, in Theocriti idyll. quattuordecim, apud Aratum septendecim, ap. Maximum septem, Callimach. decem, Eratosth. unus, Apollon. Rh. sexaginta tres, Nicandr. sex, Mosch. Eur. duo, Megar. unus, Dionys. Per. quattuordecim, Orph. lith. sex, Argon. sex, hym. duo, frgm. quattuor, Opp. halieut. duodequinquaginta, cyneget. sedecim, Maneth. undeviginti. in carmine de viribus herbar. duo, apud Quintum quadraginta tres, Tryphiodor. duo. — Non nimis frequentes sunt spondiaci, quorum duo dactyli secundam et quartam occupant versus sedem, e. g.

Ἑρμείας δὲ ἄναξ δῶκεν Πέλοπι πληξίππῳ

B 104: in Iliade sunt undetriginta (24), in Odyss. duodecim (11), in hymnis decem, in Batrach. unus, in Hesiodeis sex, apud Theocr. duo, Arat. quattuor, Callimach. duo, Eratosth. unus, Apollon. Rh. undeviginti, Nicandr. tres, Dionys. Per. unus, Orph. lith. tres, Argon. duo, frgm. unus, Opp. hal. novem, cyneg. quattuor, Maneth. octo, Quint. Sm. quattuor. — Nec frequentiores inveniuntur spondiaci in secundo simul et tertio pede spondeos continentes, e. g.

οὕς κεν ἐὺ γνοίην καί τ' οὔνομα μυθησαίμην

Γ 235: in Iliade triginta unus (25), in Odyss. triginta quattuor (32), in hymn. tredecim, in Batrach. duo, apud Hesiod. octo, Empedocl. duo, Theocr. quattuor, Arat. novem, Maxim. tres, Callimach. tres, Euphor. duo, Apollon. Rh. viginti unus, Dionys. Per. sex, Orph. lith. tres, Argon. duo, hym. unus, Opp. hal. novem, cyneg. octo, Maneth. quattuor, Quint. Sm. quinque, Coluth. duo.

5. Transimus iam ad eorum versuum spondiacorum classem, qui in prioribus quattuor pedibus unum tantum spondeum habent: quorum longe amantissimi fuerunt poetae, sed ita ut — quod iam supra monui — unum illum spondeum Homerus rarissime in tertiam sedem admiserit, ceteri poetae rarissime in quartam. Huius versus exempla habes in Iliade sexaginta septem (Bkk. 55), e. g.

δαιμόνι᾽, οὔ σε ἔοικε κακὸν ὣς δειδίσσεσθαι

B 190, in Odyss. undequinquaginta, in hymnis quindecim, in epigramm. unum, in Hesiodeis sedecim, ac praeterea in Phoronide fr. IV 4. Parmenid. fr. 71. Pseudo-Phocylid. 191 (179). Theocr. id. XV 143. XXII 216. XXV 30. 99. Arat. 230. 262. 497. 811. 887. Maxim. 596. Apollon. Rh. *α* 186. Mosch. Eur. 41. Meg. 95. Orph. lith. 104. 396 = 762. 694. Argon. 280. 666. 1007. 1117. hym. XXIX 8. LXXXIII 2. Maneth. *β* 123. Quint. Sm. *ε* 45. *ϛ* 533. *ιδ* 214. — Contra haud raro tertium pedem unus ille spondeus efficit: in Iliade quinquiens et triciens (37 Bkk.), e. g.

οἱ δὲ πανημέριοι μολπῇ θεὸν ἱλάσκοντο

Α 472, in Odyss. octiens et viciens (24), in hym. septiens, in Batrach. semel, in Hesiod. quaterdeciens, in Empedoclis frgm. semel, in Antimachi frgm. semel, Pseudo-Phocylid. semel, Theocr. ter, Arat. noviens, Maxim. semel, Callimach. sexiens, Rhian. bis, Apollon. Rh. quadragiens, Nicand. semel, Mosch. Meg. semel, Dionys. Per. octiens, Orph. lith. quater, Argon. ter, hym. bis, frgm. bis, Opp. hal. septiensdeciens, cyneg. deciens, Maneth. noviens, carm. de herb. quinquiens, Doroth. semel, Marcell. Sid. semel, Quint. Sm. deciens. — Spondiazontes, qui vel in prima vel in secunda simul sede spondeum habent, tam fre-

quentes sunt apud omnes poetas, qui omnino spondiacis usi sunt, ut eos enumerare supersedeam.


6. Restat, ut de iis versibus referam, quorum priores quattuor pedes dactylis constant: quod spondiacorum genus, raro adhibitum a Latinis (Viertel. l. l. p. 11), Graeci non solum non fugerunt, sed etiam libenter admiserunt. In Iliade inter 915 spondiazontes 209 tales versus leguntur (Bkk. 177 inter 795), in Odyss. 124 inter 643 (Bkk. 113 inter 579), in hymn. 49 inter 207, Hesiod. 29 : 183, in Empedoclis reliquiis 8 : 29, in Antimachi fragm. 1 : 11, in Theocriti idyll. 21 : 98, Arat. 43 : 166, Maxim. 21 : 70, Callimach. hym. 19 : 63, Apollon. Rh. 147 : 508, Nicand. 20 : 57, Dionys. Per. 33 : 121, Orph. lith. 20 : 73, Argon. 26 : 101, hym. 6 : 33, Oppian. halieut. 68 : 276, cyneg. 92 : 239, Maneth. 33 : 143, in carmine de herb. 3 : 14, apud Marcell. Sid. 5 : 16, Quint. Sm. 283 : 596, Tryphiodor. 13 : 34, Coluth. 7 : 17.

Quae restat huius dissertationis pars summa benignitate directoris librariae orphanotrophei Halensis propediem prodibit.



VITA.

Constantinus Hermannus Arthurius Ludwich natus sum in Borussiae orientalis oppido, cui nomen Lyck, a. d. XV Cal. Iun. anni MDCCCXL patre Hermanno, matre Amalia e gente Schütz, quorum utrumque iam mortuum lugeo. Fide evangelica educatus eique addictus sum. Prima literarum elementa in schola Sensburgiensi edoctus, anno MDCCCLI parentibus Gumbinnam transmigrantibus in sextam classem gymnasii, quod in ea urbe tum sub directore ill. Hamann florebat, receptus sum: unde m. Octobr. a. MDCCCLXI cum maturitatis testimonio dimissus a prof. ill. Rosenkranz tum rectore magnifico Academiae Albertinae civis factus et apud facultatem theologicam nomen professus sum. Sed mox ingenii inclinatione ductus in studia philologica incubui. Docuerunt me per quattuor annos proff. ill. Lehrs, Friedländer, Zacher, Schade, Rosenkranz, Nesselmann: quibus viris omnibus nec minus illis, qui antea literas me docuerunt, et in his praecipue viro doctissimo et humanissimo, I. Arnoldt, qui h. t. praeest gymnasio Gumbinnensi, gratias ago quam maximas semperque gratiam habebo.


LIBRARY OF CONGRESS
0 003 036 068 0
